



2. Deus meus, clamo per diem, *et non ex***áu**dis, * et nocte, et non est réquies mihi.

3. In te speravé*runt patres* **no**stri, * speravérunt, et liberásti eos ;

4. Ego autem sum ver*mis et non* **ho**mo, * oppróbrium hóminum et abiéctio plebis.

5. Factum est cor me*um tamquam* **ce**ra * liquéscens in médio ventris mei.

6. Quóniam circumdedérunt *me canes* **mul**ti, * concílium malignántium obsédit me.

7. Fodérunt manus meas et pedes meos, et dinumerávi ómnia ossa mea. Ipsi vero consideravérunt *et inspe***xé**runt me.

8. Salva me ex *ore le***ó**nis * et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

9. Narrábo nomen tuum *frátribus* **me**is, * in médio ecclésiæ laudábo te.

10. Qui timétis Dóminum, laudáte eum, univérsum semen Iacob, glorificáte eum. Métuat eum om*ne semen* **Is**rael.

11. Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum univér*si fines* **ter**ræ, * et adorábunt in conspéctu eius univérsæ familiæ géntium.

12. Anima autem me*a illi* **vi**vet, * et semen meum sérviet ipsi.

13. Narrábitur de Dómino generati*óni ven***tú**ræ ; * et annuntiábunt iustítiam eius pópulo, qui nascétur : « Hæc fecit Dóminus! ».

Glória *Pátri*, *et* **Fí**lio, * et Spirítui Sáncto.

Sicut érat in princípio, *et núnc*, *et* **sém**per, * et in sǽcula sæculórum. Amen.